Quelle: https://manuscripta.at/?ID=690
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Gaudeamus in domino gratias ei referamus Et cum gloriosissimum
nos expectat premium, Et in eum docti fuerint fulge-
bunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusti-
tiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas et-
ernitates Cuius premii nos participes efficiat per meritum
passionis sue ihesus christus deus benedictus in secula amen

Sermo factus in festo pasche per quendam docto-
rem ordinis predicatorum etc
Surrexit

Ihesum queritis nazarenum etc Hodierne diei
festiuitas tante caritatis tante maiestatis et tante glo-
rificationis mira abundantia etc solempni memoria
celebratur In qua etiam astra omnia et elementa letan-
tur patiente domino ihesu proprium lumen retraxerunt su-
gerunt noluerunt que suum creatorem aspicere crucifix-
um Nunc victorem illum ab inferis resurgentem
suo si dici potest fulgore et affectu prosequimur Et quia
necesse est replicare dicens deficit si velud omne dici
Quius exponere sacramentum verba sunt beati Jeronimi
in epistola ad desiderium Et quia teste apostolo ad Ro. iiii
Ihesus traditus propter delicta nostra et resurrexit propter
iustificationem nostram et etiam ut in immortalitate vite am-
bulemus idcirco in themate propter sensum premissi nostri
thematis historiam et litteralem pretermittens ad sensum
eius misticum et moralem scilicet spiritualem resurgentium
conformationem et nove vite morum reformatione
cum diligentia me conuertam Ut igitur filium nostrum